

turba, veluti arundo flatu regis in hanc, & illam partem inclinatur.

46. Secundo. Qui foris, unde sibi iam succurreret, non habebat. Hic homo valde malus erat, unde à Domino dicitur villicus iniquitatis, cum ergo tam deprauatus esset sua malitia ab omnibus se timebat, nullique secreta sui cordis confidere audebat. Diues ille auarus, qui sibi multa bona in annos plurimos existimabat. Cogitabat intra se...

Iniquus ab omnibus timet, nulli se confidit. Luc. 12.

Chrysol.

47. Chrysol.

In die iudicij homo deservit erit ab omni auxilio & consolatione. Ioel. 1. Cornel. Aelred.

48.

Isai. 37.

Sententia Dei lata nec à filij: habet homo leuamen, sed mortem.

Cyrril.

fructus meos, Luc. 12. num. 17. Confer cum villico, cogitabat intra se. Diues cum esset valde opulentus multam habebat am corum turbam, cur non aliquem vocat in consilium, sed tantum cogitabat intra se? Secumque loquebatur, cum miser esset auarus omni spurcicia plenus, ita sua iniquitate conturbatur, vt sibi persuadeat, in nemine posse habere munimen, & solatium, cum quo rem suam conferre valeat. D. Chrysologus serm. 104. de Varo loquens, ait: Digno consiliario se usus, qui mali animi non poterat habere solatium, non poterat habere collegam.

Tertio. Citatus Chrysologus: Unde sibi iam succurreret, non habebat. Amicos, fratres, ac consanguineos habebat villicus, at verò cum constituitur coram Deo iudice ad reddendam rationem suæ villicationis, ac vitæ, omnes illi statim euanescunt, ac auferuntur, nullusque relinquitur, à quo leuamen, ac auxilium valeat sperare. De hac horribili die loquens Ioel cap. 1. num. 15. ait: Prope est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet. Ex Hebræo Cornelius legit: Quasi vastitas potens à vastante potente. Tam potens, & valida erit deustatio, vt nihil patiat subistere, ac remanere, ex quo debitores aliquam consolationis, ac leuaminis speciem valeant accipere. D. Aelredus in cap. 13. Isai. in Bibliothec. tom. 12. Hac vique dies, ait, tanquam vastitas à Domino veniet; quid enim dies illa non deuastat? Vbi ergo diuitia, vbi lauitia, vbi pulchritudo corporis, vbi fortitudo? Omnia certè morientis vastantur.

Descendit Angelus Domini, & percussit in castris regis Sennacherib centum octoginta quinque millia hominum, totòque eius exercitu interfecto ipse solus rex viuus effugit. Nunquid ipse solus viuus euasit, vt feruetur? Minimè scribit de eo Isaias cap. 37. num. 38. Et factum est cum adoraret in templo Nesroch Deum suum, Adramelech, & Sarasar filij eius percusserant eum gladio. Valde mirum non ab Angelo, sed ab amantissimis filiis, à quibus tutamen debebat sperare, mortem accepit? Cur tales ei portantur carnifices? Sistebat homo coram Deo iudice, à quo damnationis sententia lata erat in ipsum, qua posita omnes creaturæ, amici, & consanguinei, ac filij aduersus miserum armantur, vt nullum habeat propugnatores, sed omnes impugnatores, quos vt tortores, ac carnifices vitæ suæ, vt mortem illi inferant, innuit, ac habet. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. cap. 37. Isaiæ sic ait: Filios esse dicit, qui ipsum interfecerunt. Nam diuina sententia in aliquos lata vndique & omnibus modis veniunt pericula, quibus hoc accidit: non sanguinis commisionem, incolumitatis, pignus habentes, non affectum, neque studium filiorum, patribus debitum: sed à quibus seruari eos par erat, periclitantes, per eos ipsos in furorem interitus precipitantur.

QUESTIO IX.

Quare villicus de se resolutiue asseuerat, quod nee possit fodere, nec mendicare?

49. E se ait villicus: Fodere non valeo: cum ob vitium imbecillitatem; tum etiam ob dissuetudinem, tandem cum esset in delictis enutritus laboriosis operibus nesciebat insistere. Qui deliciae à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem, Prouerb. 29. num. 21. Non solum ad opus, ac laborem, sed etiam ad virtutem, & humilitatem. Ex hac etiam causa, mendicare erubescit. Nam cum esset mundanus, ac in delictis enutritus, pudor ei erat, vt ait D. Bonauent. propter humilitatem actus, Mendicare.

In delictis enutritus non valet laborare. Prou. 29.

Bona.

50. Glossa.

Post hanc vitam non est tempus mendiandi.

51. Chrysol.

Sensus tamen moralis præcipue hic est inquirendus. Glossa ait; denotatur quod: Post hanc vitam non est locus fodendi compunctione terram anima nostra, ad ferendum fructum: est tunc etiam confusibile mendicare, vt fecerant satue virgines, imò inutile, & impossibile. Post enim hanc vitam non est tempus exercendi opera rigida, ac pœnalia pœnitentiæ, nec etiam mendicandi, ac querendi intercessionem, ac preces Angelorum, ac Sanctorum; tunc enim homo mortali peccato decidens illis non adiuuabitur, & idèd ait: Scio quid faciam. In hac enim vita opera pœnitentiæ, ac misericordiæ sunt exercenda, vt illis homo promereatur æternam salutem.

Mendicare erubescit, ait Villicus. D. Chrysologus serm. 125. Miser, inquit, quem temporalitas habuit diuitem: mendicum sempiternalitas possidebit. Quænam maior miseria, quàm quod in hoc seculo homo diuitiis abander, in æternitate verò extrema omnium bonorum paupertatem laboret? hæc est extrema paupertas, & miseria omnium miseriarum.

Ad eadem verba, Mendicare erubescit; idem Chrysologus serm. 125. Confusionem, ait, futuri iudicij pertimescit, in quo iam non pœnitendi tempus est, sed pœnarum, & vbi reus plus de conscientia, quàm de gehenna erubescit incendio. Quis o miser homo te in tantas angustias redigit, vt iam de presenti dicas: Mendicare erubescit? Solum ad reddendam rationem vocaris, & nondum de tuis bonis spoliaris. Nondum aliqua pœna imposita affligeris. Cur ergo tanto rubore mendicandi conturbaris? Plus sanè torquebatur ipsa conscientia criminum, quàm omni gehennali incendio, intolerabilior sanè conscientia cruciatus, quàm omne inferni supplicium, idèd non anxiat homo de pœna, sed de ipsa erubescencia, quàm in conscientia sua patiebatur. Vbi reus plus de conscientia, quàm de gehenna erubescit incendio. Vide supra num. 17.

52. Chrysol.

Conscientia plus torquet, quàm gehennale incendium.

Ad calcem huius quæstionis maxime notandum, quod villicus ait: Fodere non valeo, mendicare erubescit. Hæc duo coniungit fodere, & mendicare. Villicus vir nobilis, multis diuitiis opulentus, cum autem imminet paupertatem considerasset, tam durum, ac rigidum illi videbatur mendicare, ac fodere; petere, ac qualibet laboriosa opera exercere.

Postquam Iob esset in sterquilinio omnibus suis

53.

Viro ingenio petere, opus durissimum.

54.

Iob 42.

Gregor. Odonius. Glossa.

Viro nobili petere durius super omnem salutariæ.

55.

1. Reg. 10.

Mendoza.

fuis bonis, filiis, ac propria valetudine spoliatus, omnique morbo inflicto Dominus conuersus ad pœnitentiam Iob: Venerunt ad eum omnes fratres sui, & vniuersa sorores sue, & cuncti, qui nouerant eum prius, & dederunt ei vnusquisque ouem vnã, & in aurem auream vnã, Iob 42. num. 11. Cur Iob in tanta necessitate constitutus non petit aliquod donum à suis fratribus, & amicis, imò in toto sui laboris tempore nihil petisse lego. Sed ipsi venerunt & dederunt ei; sine dubio mouente Deo eorum corda; nam idèd dederunt ei ouem vnã, & in aurem auream vnã, vt commentantur D. Gregorius, D. Odonius, Glossa Ordinaria, & alij. Quid per ouem nisi innocentia, quid per in aurem nisi obedientia designatur? Verba sunt D. Gregor. lib. 35. moralium cap. 12. Cur ipse Iob non petit, sed ipsi fratres, & sorores mouente Deo eorum corda illi sua dona præbent? Dominus conuersus erat ad pœnitentiam Iob, volebatque eum à suis calamitatibus liberare, illumque multis donis afficere. Non ergo Iob petit, sed ipsi fratres & sorores dant ei. Iob conditione erat valde nobilis, ac rex, & durius ei esset aliquid expostulare, quam omni sua calamitate, ac priuatione bonorum, filiorum, ac propriæ salutis vexari; & idèd nec in tota suæ calamitatis tragedia petit, nec cum ab ea expeditur, sed alta prouidentia disponitur, vt vnusquisque ei det; & præbeat.

Postquam Samuel vnxit Saulem in regem, ait ei quod cum recederet ab eo iuxta quercum Thabor, tres viros inuenies. Cumq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies eos de manu eorum, 1. Regum 10. num. 4. Multa panis, ac alimentum penuria laborabat Saul, vt ibi multi docent; cur ergo ipse non petit ab illis hominibus, sed illi ei vltro præbent panes? quos vt accipiat propheta præcepto cogitur; ait enim ei, & accipies. Non dixit veluti vaticinando accepturus est, sed tanquam præceptum imponendo accipies. Mendoza in 1. lib. Regum cap. 10. vers. 4. in expositione num. 9. Cernitur Saulus ingenuitas, qui ad petendum etiam in maxima rerum penuria, se exhibuit verecundum: non enim dicitur illos duos panes accepturus, nisi Samuelis imperio coactus, & accipies, inquit Samuel, de manu eorum.

Luc. 16. n. 5. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui; dicebat primo? quantum debes domino meo.

Num. 6. At ille dixit, centum cados olei: dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & fede citò: scribe, quinquaginta.

Num. 7. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: centum coros tritici. Ait illi: accipe litteras tuas, & scribe octoginta.

VERSIONES.

Euthym. p. 5. Aduocato vnoquoque debitorum domini sui.

Syriacus n. 6. Dixit ei centum metretas Sylueira in Euang. Tom. IV.

olei. Ait illi: Accipe librum tuum.

Vat. ab. Theoph. Centum batos olei, dixitque illi: accipe libellum tuum.

Arias Mont. Accipe scriptum tuum. Caictanus. Litteram tuam.

Pagnin. n. 7. Deinde alteri dixit Syriacus. Dixit ei centum coros frumenti; ait illi: accipe librum tuum, & sede: scribe octoginta coros.

EXPOSITIO IV.



ILlicus habita resolutione apud se. Conuocatisq; singulis debitoribus. Vnumquemquam ex debitoribus singillatim vocauit, ne aliquis de maiori debito alteri remisso conquereretur, vnusquisque ægrè fert, si alter ei in aliquo præferatur. Debitoribus domini sui. Alios agnoscebat debitores, cur non etiam seipsum agnoscebat debitorem, vt debita sua domino intendere persolvere? facile quilibet aliorum pondera, ac onera intelligit, & cogitat, non verò sua. Debitoribus domini sui. Notant Euthymius, Beda, D. Bonauent. quia misericordia impendi debet egentibus, idèd non euilibet dat, sed debitoribus. Frange esurienti panem tuum, Isai. 58. num. 7. Dicebat primo; qui aduenerat. Quantum debes domino meo? Interrogat, non quia ignoret, sed vt ille, cui cautio erat danda confitens debitum, maxime cognoscat quantum beneficium à villico accipiat, sic ingratus est homo, vt necesse sit querere modos, vt ipse beneficia accepta habeat ante oculos.

56.

Quilibet aliorum deservit, non verò suo intellegit.

Euthym. Beda. Isai. 58. Bonauent.

At ille dixit centum cados olei. Latè agunt Interpretes, vt explicent, quid sit cadus, certum est, quod idem erat ac Græcè betus. Erat enim vas quoddam habile, ad liquida portanda manu, vel humero. Accipe cautionem tuam. Id est tuum scriptum, tuas litteras, quibus obligaris hero meo, ad soluendum centum, villicus tanquam omnium bonorum administrator, illas litteras tradit debitori ad hoc vt ipse eas rescindat, & laceret. Bene ponderat Rupertus lib. 8. de operibus Spiritus sancti, cap. 21. Singulis dicit, ait, accipe cautionem tuam, quod est dicere: tantum tibi caueas, vt de cætero emendes. Non dixit: Accipe litteras, sed cautionem; quia peccatori, ac debitori maxima cura sit, vt cautus fiat, ne iterum in eadem peccata, ac debita incurrat, in qua semel prolapsus est. Et fede. Nemo enim commodè potest scribere, nisi sedens. Citò. Ne quis hoc sciens ad dominum deferat, & hanc fraudem ei denuntiet. Carthusianus; Celeriter agenda sunt bona, præsertim misericordiæ opera, nescit enim dare, qui dat tardè. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere: cras dabo tibi, cum statim possis dare, Prouerb. 3. num. 28. Scribe quinquaginta; fac aliud scriptum, aliisque litteras veterum loco suppositas, & scribe dimidium debiti, scilicet quinquaginta.

57.

Rupertus.

Peccator fiat cautus, ne iterum labatur.

Carthuf.

Prouerb. 33.

Deinde alij dixit. Non vnus, sed duo debitores pro pluribus ponuntur, quia villicus suam liberalitatem, non ad vnum, sed ad plures extendit, nec vnum tantum, sed plures voluit comparare amicis. Tu verò quantum debes? Quærit quantum

58.



Res disponenda prout cognitione.

quantum debeat, vt mensuratē cum prudentia distribuatur bona, non enim disponenda sunt res nisi alta proutia cognitione. Centum coros tritici, Corus mensura est aridorum. Corus, siue homer continet decem ephi, ephi autem continet tria sata, id est tres modos, Ezech. 45. num. 12. Corus ergo continet 30. modos. Et ipse debitor fatetur quantum debeat, quilibet enim per fidelem agnitionem debet cognoscere suum debitum, accipe litteras tuas. Tuum antiquum scriptum debiti, ac obligationis instrumentum; & scribe octoginta. In noua scilicet tabula, hunc tantum remittit viginti coros, forte quia hi viginti cori in valore aequabant quinquaginta coros, de quo quaest. 11.

QUESTIO X.

Quare villicus tempore rationis plus dissipat, quam antecedenti tempore sua villicationis?

59. RATIO huius rei literalis patet ex vers. 4. ubi ait: Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione recipiant me in domos suas. Cum immineret ei tempus rationis, ac paupertatis, totus est ille misericordiam impendendo, vt comparet sibi, ac congregat amicos, à quibus in tempore suae necessitatis subsidium, ac leuamen habeat, vt ibi dixi, expositione 3. num. 42.

60. Theophil. Secundò & moraliter Theophilus Antiochen. lib. 3. comment. in Euangel. Hanc comparationem, ait, saluator villico iustitia, id est episcopi dedit, vt quomodo Domino suo fraudem fecit, vt haberet unde postea viveret; ita Episcopi non omnia peccata vicisci debeant, sed locum poenitentiae reservare eos conueniat, cum praesertim ipse Dominus dixerit; nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur à vita sua, & viuat. Ideo autem laudauit Dominus fraudatorem Domini sui, vt eius sequentes exemplum, non omnia debita exigamus. Laudatur villicus, qui de bonis domino suo debitis largè debitoribus remittebat, vt ex his discant praesules Ecclesiae seueritatem, ac rigorem poenitentiae pro peccatis debita, aliquantulum relaxare, & remittere; mitiganda est enim nimia austeritas cum lenitatis clementia.

Institi a rigor temperandus clementia.

Psal. 71.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, Psal. 71. num. 7. Promittitur iustitia, quid inde sperandum videbatur, nisi districta poena, ac multa rerum deuastatio? Ecce quid sequitur, & abundantia pacis. Seu vt legitur ex Hebraeo, & ueritas pacis. Iustitiae rigor non solum per se ipsum prohibet, sed simul erit attemperatus, ac permittus ueritate multae clementiae, ac pietatis. D. Chrysostomus ibi: Ecce, ait, orta est in diebus eius iustitia. Quae iustitia pietati coniuncta est, tolerancia conglutinata. Nulli malum pro malo reddere, cum omnibus hominibus pacem habere, pro inimicis orare.

61. Chrysol.

Tertio, D. Chrysológus serm. 126. Anfertur pudor, ait, violatur innocentia, uerecundia tota sepelitur: ubi villicus reddende rationis tempore plus ardet in fraude, quam tempore villicationis anhelauit in luxu; & qui ante substantiam vacuauerat dissipando, vacuando chirographa, quod remanserat plus euertit: nec curat unde possit sarcire quod deerat, sed quod remansit, quatenus modum minorare

possit, excogitat. Multum miratur sanctus Pater, quod villicus tempore reddendae rationis plus ardeat in fraude, ac de bonis sibi creditis dispergat, quam tempore suae functionis; videbatur enim valde conueniens prudentiae, quod ipsa appropinquatio persoluedi computationem bonorum cohiberent manus à maiori dissipazione bonorum, praecipue cum ille non haberet unde ea possit recompensare. Cyr ergo sic modo Domini substantiam euacuat: tempore suae administrationis intendebat consulere famae, ac opinionis suae, desideriumque conseruandi honorem coequebant manus aliquantulum, & luxum moderabantur; at cum diffamatus est, quod inde consequens est. Anfertur pudor, uerecundia tota sepelitur. Plus ardet in fraude, quam tempore villicationis anhelauit in luxu. Cum honor est amissus, & fama iam iacturam fecit, tunc ruptis frenis impudicè ardet in furta, & cogitat non quomodo dissipata restituat, sed quomodo quae remanserant, perfundat. Honestius uixit, quam dum deperditur. Anfertur pudor, violatur innocentia, uerecundia tota sepelitur. Vide cap. 8. quaest. 3. num. 25.

Honestius uiuitur fama conseruata, quam ipsa deperdit.

Quarto, Ad eadem uerba Chrysológus: Villicus tempore reddende rationis plus ardet in fraude, quam tempore villicationis anhelauit in luxu, &c. Antequam villicus ad suae administrationis reddendam rationem uocaretur: res sui Domini negligenter curabat; at uero cum ad iudicium citatur. Redde rationem villicationis tuae. Non agit ut bona recuperet, sed ut maiori conatu, ac audacia dissipet, ac deuallet. Ecce misera peccatoris conditio, quod cum iudicium appropinquat, iudex rectus instat, supplicium impendit, & carnifices iam saeuunt, cum tunc omnia peccata essent amputanda, reprimenda, ac poenitentia delenda; tunc magis augentur, ac multiplicantur, illisque se peccator committit, ac ingurgitat, & qui ante substantiam euacuauerat dissipando, quod remanserat, plus euertit.

62. Chrysológus.

Miser peccator cum poena impendit, audacius peccat.

Post distributa talenta quartus homo lucrum à seruis suis: Accedens autem, & qui unum talentum acceperat, ait: Domine scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: & timens abij, & absconde talentum tuum in terra, Matth. 25. num. 24. Vocatur homo, ut de talento sibi credito reddat rationem, & cum negligenter se habuisset in re Domini sui, totus perfusus in lachrymas veniam debebat petere, misericordiamque Domini sui implorare. At ipse insolenter Dominum suum ueluti crudelem, & rigidum accusat, & arguit, in eumque procaciter inuehitur, & tanquam desidiae suae reum criminatur. Homo durus es, metis, ubi non seminasti. Cum tempus esset abolendi peccata, ipsa impudenter multiplicat: & à Domino suo leuiter accusatus totum scelus in eum refundere diris uerbis intendit. D. Chrysostomus homil. 41. in Genes. O malitiam, ait, famuli: o immensam ingratitudinem? Nam non solum contempsit, & nihil negotiatus est talento sibi concredito, sed & pro talento accusationem attulit. Ita enim solet malitia obrebreare rationem, & eum, qui semel à uia est auersus, in praecipitium facit. Vide tom. 2. cap. 11. quaest. 27. n. 190.

63. Math. 25. In extremitate iniquus peccata peccatis accumulatur.

Chrysológus.

QUESTIO XI.

Quare tantus est villicus, ut minuat numerum centenarium, minus uni, quam alteri dimittens?

64. N limine quaestio notandum est, primum debitum dimissum à villico non fuisse aurei, uel argentei, sed olei; primus enim debitor uocatus, dixit: Centum cados olei. Merito addidit Chrysológus serm. 126. Quare non argenti, uel auri pondus? Debitores isti populum Iudaicum adumbrabant: populus autem Hebraicus ex diuina dispositione accepit in Aegypto aurum, & argentum; in argento, & auro eduxit eos Dominus, accepit etiam à Domino frumentum; nam à fructu frumenti & olei multiplicati sunt. Cur ergo primum debitum populi designatur in oleo, non uero in tritico, uel uino? Sacri reges, prophetae, ac sacerdotes oleo ungebantur; multus debitor erat populus Iudaicus Deo ex beneficiis collatis in deserto, in transitu maris rubri, ac in possessione terrae promissae, tamen primum, ac maximum debitum exstitit, quod ei dedisset optimos reges, prophetas, seu praedicatores, ac sacerdotes. D. Chrysológus citatus sic pergit: Debebat Iudaeus oleum, ait, quod chirographo legis ad unguendos reges, prophetas, & sacerdotes christiani Chrismatum acceperat in figuram, donec ad ipsum regnum & prophetarum, & sacerdotum principem perueniret. Nullum maius beneficium à Deo datur, quam bonus princeps, ut iuste regat, bonus praedicator ut doceat, ac optimus Sacerdos ut dirigat ad Dei cultum. Debebat Iudaeus oleum, quod ad unguendos reges, prophetas, & sacerdotes acceperat.

Chrysol.

Chrysol.

Bonus princeps, ac sacerdos, magnum Dei beneficium.

65.

Ratione discretio est adhibenda.

66. Gaudens.

Abstinentia ab Eucharistia multum damnum infert.

67.

Quaestio praefigurat, ut existimat D. Gaudentius lib. ad Germin. Dum toto suo conatu intendit, ut debita Domino suo integra non soluatur; cur illi qui oleum tenebatur soluere, non viginti sicut in tritico persuadet defraudare? Cur illi, qui centum coros tritici debebat, sufficiens reputat, si viginti diminuat, cum in oleo quinquaginta furentur? Cur minorem numerum in tritico quam in oleo intendit? in quo prudentia villici noranda est, non enim omnia debita aequaliter remittit, sed ex conuenienti ratione in vno minus, quam in altero.

Respondet primò D. Gaudentius cit. Nec illud otiosum est, quod maior numerus deperit Domino, cui debitorum sumus ex operibus à Deo figuratis, quam ex tritico ad uitalis fidei specimen comparato. Minoris, ac parui numeri fraus in tritico reputatur maximè exitialis, ac damnosa seruis. Quamuis enim aliarum omnium virtutum dimidiam partem diabolus tibi auferat, pro certo habe non tantum damnum inferre, ac si paucis uicibus à diuino pabulo, ac tritico defraudet, ac separet; tot sunt gratiarum dona, quae in diuino Sacramento communicantur, ut illius parua abstinentia maius negotium faceffit diabolo, quam si ab operibus aliarum virtutum per multum tempus te cessare faciat.

Secundò, Carthusianus: Cur, ait, minus dimisit huic, quam praecedenti, habenti scilicet oleum? Respondetur quod ad insinuandum, quod indigentioribus magis sit tribuendum: rursus ad insinuandum, quod cordialius debeamus indigentioribus compati, quam succurrere ualeamus. Oleo namque compassio, tritico Sylueira in Euang. Tom. IV.

autem subuenit designatur. Oleo denotatur compassio, seu pietas, tritico uero subuenitio, seu subsidium; in necessitate plus impenditur de oleo, quam de tritico. Aliquando enim ipsa pietas, & compassio in necessitate magis impendenda, quam ipsius operis subsidium, ac auxilium; quod cordialius debeamus indigentibus compati, quam succurrere ualeamus.

Pietas subsidio anteponeunda.

Tertio, Conuocatis non omne debitum dimittit villicus, sed partem quandam; nam ei, qui obstrictus erat ad centum tritici coros, ait: Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Allegoricè. Damon villicus iste erat, qui hanc machinatur artem, ut non statim ad omnia praeccepta transgredienda persuadere; nam si in exordio suae tentationis in omne scelus praecipitaret, illum homines exhoruissent: finit ille aliqua uirtutum opera exercere, ac soluere, u. g. octoginta coros tritici, & ad uolanda tantummodo quadam praeccepta prouocat, ut paulatim homines ab implendis diuinis mandatis auertantur, ac ab omni obseruatione excidant, u. n. i. e. iniquitati famulantes.

68.

Diabolus non omnia legis praeccepta persuaadet uolere, sed aliqua.

Quarto, D. Chrysológus serm. 226. Ad tantam fraudem, ait, villicus conspirabat, & agebat, ut totam fidem perderet, dum mediat cautionem. Uterque debitor ad persoluedum centum, siue in oleo, siue in tritico erat obstrictus; cur villicus illis non tollit totum debitum, sed tantum dimidiatum remittit? bene sciebat Diabolus, qui in villico figurabatur, quod in reddendis debitis Domini sui, idem esset nihil dare, ac mediatum soluere, totum enim perdit, qui dimidiatum Deo exoluit, similem enim reportat damnationem, ac ille, qui totam legem defraudat.

69.

Chrysol.

Qui dimidiat legis obligationes, legem non implet.

Quod grauius confirmat D. Hieronymus in cap. 16. Isai. de legis praecceptis intelligens uerba illa Iacob. 2. num. 10. Quicumque autem offendit in uo, factus est omnium reus. In cuius confirmationem adducit sanctus Doctor illud Psal. 102. n. 1. Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Sic commentatur S. Hieronymus: Quomodo enim cithara non emittit uocalem sonum, & que compositum, si saltem una chorda rupta fuerit: sic spiritualis uenter prophetae si una in eo uirtutum chorda defuerit, non poterit melos dulces resonare: Philosophorum quoque sententia est herere sibi uirtutes, & Apostoli Iacobi, quod cui una defuerit, huic omnes desunt uirtutes.

70.

Hieron. Iacob. 2. Psal. 102.

Cum unum mandatum uolatur, tota lex uiolatur.

Cum Moyses esset in cacumine montis Sinai, accepit duas tabulas Testamenti, in quibus tota Lex erat scripta; in una ea, quae pertinebat ad Dei cultum; in altera uero ea, quae spectabat ad proximorum uilitatem; cumque descendisset, ac uidisset populum idolatrantem: Proiecit de manu tabulas, & confregit ad radices montis, Exod. 32. n. 19. Quid est, quod tabulae à Deo formatae, à Deo scriptae, & modo Moyse datae, non integrae permanerent; sed tam facile, ac citò franguntur? Neutra ex illis tabulis integram legem habebat, sed dimidiatam, & inde tam facili negotio ipsae duae tabulae confractionem patiuntur, & neutra ex illis salua persistit, cum enim lex sit dimidiata, statim tota in perditionem, ac dilacerationem abiit. D. Hilarius can. 27. in Matth. Moyses decem uerba, ait, duabus tabulis conscripta acceperat. Necessè enim erat, omnia ea in utraque conscribi. Expende uerbum, necessè erat. Ut illae tabulae per multa saecula perdurarent, expediens erat, ut lex non esset dimidiata, sed tota in utraque exarata. Necessè erat omnia ea in utraque conscribi.

71.

Exod. 32.

Cum lex dimidiatur, statim tota frangitur.

Hilarius.